

Et dedicatio altaris sancti Ioannnis et Petri solebat fieri et erat in die Policarpi¹, quia nulla dedicatio solebat transferri antiquitus; quae nunc brevibus temporibus fuerat translata ad dominicam proximam conversionis sancti Pauli². Et illi, qui sunt in fraternitate sancti Benedicti, omni anno solent ex consuetudine antiqua portare candelas ad praedictam capellam in vigilia dedicationis praedictae.

Item inveni reclusorium annexum praedictae capellae et pertinentem ad capellam, in quo^a inveni honestam puellam Christinam nomine, et illa narravit mihi, quicquid ei constitit de capella et reclusorio et aliis pertinentiis ad capellam. Item narravit mihi, quod haberet in memoria, quod dominus Betermannus et alii praedecessores solebant communicare et expedire in confessione puellas existentes in reclusorio et recludere eas ex iussu archiepiscopi. Item fatebatur puella praedicta, quod puellae, quae^b deberent recludi in reclusorio sancti Benedicti, primo^c immolabantur ad altare sancti Benedicti Deo et sancto Benedicto et subiugaverunt se rectori eiusdem^d capellae^e. Etiam fatebatur puella praedicta, quod dominus Christianus expediebat eam cum sacramento ex licentia domini Tidemanni de Hagen praedecessoris mei et specialiter cum^f fuerat plebanus in Hammone³, quod ibidem non poterat facere residentiam.

Et ergo egomet per aliquot tempus sustinui eundem dominum Christianum visitare puellam in reclusorio cum sacramento, donec plebanus sancti Nicolai fuerat interfectus extra civitatem in parochia sancti Reinoldi iuxta flumen Imschar apud Nartkercken⁴ et idem malefactor infra annum fuerat sagittatus usque ad mortem et in sententia moriebatur et sepe liebatur in campis. Et sic fuerat facta cessatio in parochia sancti Reinoldi et non in parochia sanctae Mariae virginis et sancti Nicolai⁵ et Petri.

Et tunc pastor sancti Reinoldi iussit me cessare in praedicta capella et informabat me et dixit, quod praedicta capella et reclusorium et domus sancti Benedicti supra murum de iure pertinet ad parochiam sancti Reinoldi, et ita cessavi et tunc modo^g expedivi et communicavi puellam inclusam^h. Item praedicta puella inuncta^h fuerat ab ecclesia sancti Reinoldi, und als sie gestorven was, woirt sie up der capellen begain ehrliehen und also vermitz priesteren tho Sent Reinoldt begraven

a) ABC 'qua'. b) C fehlt 'puellae quae'. c) C fehlt 'primo — Benedicti'.
d) C 'praetactae'. e) B setzt hinzu 'et promiserunt se obediētes esse rectori eiusdem capellae'. f) ABC 'tamen' statt 'cum'. g) C 'ammodo'. h) C 'iniuncta'.

1) Jan. 26. Vgl. S. 522. 524. 525. 2) Jan. 25. 3) Vgl. S. 536, Anm. 2. 4) A. 1375, s. S. 537. 5) Vgl. aber S. 544. 6) Siehe Rübél, Beiträge I, S. 44.